

Ovid, Metamorphoses VIII, 183 - 235

DÄDALUS UND IKARUS

Daedalus interea Creten longumque perosus 183  
 exsilium tactusque loci natalis amore  
 clausus erat pelago. „Terras licet“ inquit „et undas 185  
 obstruat, at caelum certe patet ; ibimus illac !  
 Omnia possideat, non possidet aera Minos.“  
 Dixit et ignotas animum dimittit in artes  
 naturamque novat. Nam ponit in ordine pennas,  
 a minima coeptas, longam brevior sequenti, 190  
 ut clivo crevisse putes: sic rustica quondam  
 fistula disparibus paulatim surgit avenis.  
 Tum lino medias et ceris alligat imas  
 atque ita compositas parvo curvamine flectit,  
 ut veras imitetur aves. Puer Icarus una 195  
 stabat et ignarus sua se tractare pericla  
 ore renidenti modo, quas vaga moverat aura,  
 captabat plumas, flavam modo pollice ceram  
 molliabat lusuque suo mirabile patris  
 impediabat opus. Postquam manus ultima coeptis 200  
 imposta est, geminas opifex libravit in alas  
 ipse suum corpus motaque pependit in aura.  
 Instruit et natum „medio“que „ut limite curras,  
 Icare“, ait, „moneo, ne, si demissior ibis,  
 unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat. 205

Inter utrumque vola! Nec te spectare Booten  
 aut Helicen iubeo strictumque Orionis ensem:  
 me duce carpe viam!" Pariter praecepta volandi  
 tradit et ignotas umeris accommodat alas.  
 Inter opus monitusque genae maduere seniles, 210  
 et patriae tremuere manus. Dedit oscula nato  
 non iterum repetenda suo pennisque levatus  
 ante volat comitique timet, velut ales, ab alto  
 quae teneram prolem produxit in aera nido.  
 Hortaturque sequi damnosasque erudit artes 215  
 et movet ipse suas et nati respicit alas.  
 Hos aliquis, tremula dum captat harundine pisces,  
 aut pastor baculo stivave innixus arator  
 vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,  
 credidit esse deos. Et iam Iunonia laeva 220  
 parte Samos - fuerant Delosque Parosque relictæ -  
 dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne,  
 cum puer audaci coepit gaudere volatu  
 deseruitque ducem caelique cupidine tractus  
 altius egit iter. Rapidi vicinia solis 225  
 mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.  
 Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos  
 remigioque carens non ullas percipit auras;  
 oraque caerulea patrium clamantia nomen  
 excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo. 230

At pater infelix nec iam pater „Icare“, dixit,  
„Icare“, dixit, „ubi es? Qua te regione requiram?“  
„Icare“ dicebat; pennas aspexit in undis  
devovitque suas artes corpusque sepulcro  
condidit. Et tellus a nomine dicta sepulti.

235

## Übersetzungshilfen

Vers

- 183 Crete (Akk. Creten) – Kreta, perosus, a, um – hassend  
 185 pelagus, i n. – Meer, licet (mit Konj.) – mag er auch  
 186 obstruere – verbauen, verschließen, illac = illa via (Abl.)  
 187 possideat – mag er auch besitzen  
 188 animum dimittere in aliquid – den Sinn auf etwas richten,  
 seine Gedanken einer Sache zuwenden  
 189 novare – erneuern, verändern, verwandeln, penna, ae f. – Feder  
 190 a minima – erg. penna,  
 Konstr.: longam (erg. pennam) brevior (erg. penna) sequenti  
 (Abl.Abs.)  
 191 clivus, i m. – Abhang, Neigung, schräger Hang  
 Konstr.: ut putes (pennas in) clivo crevisse  
 rustica fistula – Hirtenflöte, quondam – hier: manchmal  
 192 surgere – hier: anwachsen, avena, ae f. – Hafer, Halm, Rohr  
 193-94 linum, i n. – Faden, Schnur, cera, ae f. – Wachs, alligare –  
 verbinden  
 zu medias, imas, compositas: erg. als Objekt pennas,  
 curvamen, inis n. – Krümmung (curvamine Abl.modi)  
 196 Konstr.: ignarus hier mit AcI, pericla = pericula (Synkope)  
 197 renidere, eo – glänzen, strahlen, vagus, a, um – unbeständig,  
 flüchtig, aura, ae f. – Lufthauch, -zug  
 198 pluma, ae f. – Flaum, Flaumfeder  
 Konstr.: captabat plumas, quas ..., pollex, icis – Daumen  
 199 mollibat = molliebat, lusus, us = ludus, i  
 200 coeptum i n. – Das Beginnen, das Unternehmen (poet.Pl.)  
 201 opifex, icis m. – Werkmeister, Schöpfer, Künstler, librare –  
 auspendeln, ins Gleichgewicht bringen, ala, ae f. – Flügel  
 202 mota ... in aura – in der (mit den Flügeln bewegten) Luft  
 203 limes, limitis m. – hier : Weg, Bahn  
 204 demissus, a, um – tief  
 205 gravare – von gravis, e, celsus, a, um – hoch  
 206-07 Bootes (Akk. -en) der „Ochsentreiber“, Helice (Akk. -en) – der  
 „Große Bär“, Orion, onis – Orion – alle drei sind Sternbilder  
 ensis, is (dicht.) – Schwert  
 208 viam carpere – einen Weg nehmen  
 209 umeris, i m. – Schulter, accommodare – anpassen  
 210 gena, ae f. – Wange, madescere, madui – feucht werden,  
 senilis, e – von senex  
 211 patrius, a, um – Adj. zu pater, osculum i n. – Kuss  
 212 (oscula) ... non iterum repetenda – (Küsse) ... die sich nicht  
 wiederholen sollten, pennis levatus – von den Federn (in die  
 Luft) gehoben  
 213-14 Konstr.: ales, quae ab alto nido teneram prolem produxit  
 ales, itis – hier: Vogel, proles, is – Sprössling, Nachkomme, Brut,  
 nidus, i m. – Nest,  
 215 erudit = docet  
 217-20 Konstr.: Hos aliquis, dum ..., aut pastor ...-ve ... arator vidit  
 et obstipuit, qui ... possent, credidit esse deos  
 tremulus, a, um – zitternd, harundo, inis – Schilfrohr, Angelrute,  
 baculum i n. – Stab, Stock, stiva, ae f. – Halterung des Pflugs,  
 innixus (mit Abl.) – gestützt auf, aut ... -ve – oder ... oder auch,  
 arator, oris – der Pflüger, obstescere, obstipui – in Staunen  
 geraten, aethera (griech.Akk.) carpere – den Weg durch die Luft  
 nehmen, Iunonius, a, um – der Göttin Iuno zugehörig,  
 laevus, a, um – links, auf der linken Seite gelegen  
 Konstr.: Iunonia Samos erat (in) laeva parte  
 222 fecundus, a, um – (ertrag-)reich an

- 223 volatus, us - Subst. zu volare  
225 iter agere - seinen Weg nehmen, rapidus, a, um - reißend, hier:  
glühend, sengend, vicinia, ae f. - Nachbarschaft  
226 odoratus, a, um - duftend  
227 tabescere, tabui - schmelzen, zergehen, quatere - schütteln,  
schwingen, lacertus, i m. - (Ober-)Arm  
228 remigium, i n. - Ruderwerk, Ruder, hier: Flügel, percipere -  
erfassen, hier: treffen, bewegen  
229-30 Konstr.: ora patrium nomen clamantia excipiuntur caerulea aqua  
ora (poet.Pl.) - Gesicht, Antlitz, caeruleus, a, um - blau,  
blaugrün, nomen trahere ab - den Namen erhalten von  
235 tellus, uris (dicht.) - Erde, Land